

huc usus ipsius census est finis iuris sequitur ius non esse finem sed ab
 finem et precedere censum seu usum eius et per prius sequitur quod ius precedat
 finem quod fuit prebandum. Verius tamen videtur quod ius a finitas rei sunt
 una et idem et non distinguantur realiter quid enim aliud esse videtur emp-
 tionem alicuius rei puta predij facere prescise et primarie ipsum ementem
 habere ius possidendi rem atque utendi ea quae facere rem esse propria sua
 et ipsum ementem habere proprietatem a finitate rei a re esse sua quae habet ius possidendi
 eam vel utendi ea. Si autem finitas capiatur pro proprietate et proprium est quod
 unum et non alteri convenit videtur ad huc quod ius naturaliter a finem ratio-
 nem sit prius finitate et proprietate. Si enim queratur Cur iste ager
 aut census est Johannis et non petri videtur convenienter responderi quia
 Johannes habet ius ad ipsum et non petrus et ita ius videtur esse ratio-
 proprietatis a finitatis et non converso ac per huiusmodi ad minus finem
 rationem intelligitur esse prius finitate et proprietate siue distinguitur ab
 ea realiter siue non.

Cöclusio. iij

Quarta cöclusio Ad hoc quod contractus emptionis et venditionis et d-
 ditium perpetuorum aut ad vitam emptoris iuste ac licite celebretur quod
 talis requiritur. Primum quod res super qua emitur sit talis quod in se consueta
 deductis oneribus necessariis residuare possit non solum annuum censum sed
 tamen ultra quod cultor eius sub spe illius aptioris ad eius custodiam et diligenter cul-
 turam prompte reddat. 2º requiritur iustum pretium. ita quod iudicio esse aequi-
 litas fuerit inter contrahentes. sic quod alii eorum ex parte non reputetur esse evidenter et
 notabiliter deteriore. tertium est quod intentio non sit reipublice nociva aut proprie-
 saluti pertrahat. sed aut idem aut in bonum promovet. quoniam quod persone ementes
 vel per quibus emunt hominum annuum censum sunt tales quod vel laborare non possint. aut
 labor impedit eos ab officio necessario ad utilitatem reipublice vel cultum
 divino cui participare intendunt. quoniam quod emens non sit aere certus de percep-
 tione ac solutione reddituum quod dampnum et non solutionem incurret aut sustine-
 re non possit. Primum duo implicat. Unum quod iste pretium debet fieri super re aliqua vel
 fundo potest fructum parere. secundum est aequitas seu iudicio ipsius rei aut fundi
 Primum patet quod si censum vel redditus constituat. non habita relatione ad rem. aut
 fundum aliquem immobilem. ut si obligavero me et ad unum florenum solvendum.
 quod in das decem. et reddo et habet ius percipiendi florenum non habita relatione ad rem est
 illicita venditio. quod non reddo et ius. sed oritur de novo contractus feneratorum. 1º
 9. 2º. Plerique a c. q. qd. Unum ponat casus quod quis det alicui monasterio centum
 florenum pacto quod ad vitam suam ecclesia det ei quilibet anno. xvi. florenum. dictique centum
 florenum sint ipsius ecclesie. hoc adiecto quod si durante vita donatoris ecclesia